Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



71

creatoris nri diuinitas sacris uttumat̃ oraculis:
Propre scilicet sicut ipse moysi dicit. ego sũ qui sũ.
& sic dices filiis israhel. qui est misit me ad uos.
mystice ꝟ ut omps ds sicut plaustrũ onustũ feno
stridere se dicit. cum grauia hominũ peccata por-
tare se indicat. uel sicut isaias sup solium excelsũ &
elatũ eum sedere describit. angelicas significa
ns potestates. quas sibi ad qd uoluerit subiicit.
Quintus modus est parabolarũ. qui tam relatu
uerborũ. quã actu conficitur operũ. qui in tantũ
ẽ multiplex atq; occultus. ut ñ solũ multa que
iuxta litterã non possunt admittat uerũ etiam
quibus dã in locis mystica narratur. testimo
nũ de hystoria assumens. ipsũ litterę gestum
immutet. Parabolis enim uerborũ hic modus con
ficitur: ex quibus ẽ illud. Ierunt ligna. ut unge
rent super se regem. Neq; enim ligna ambulare
possunt. aut sibi regẽ constituere. sed aliud qd̃ da
p congruã significationẽ metaforice talibus scrip
turarũ sententiis profert. Immutat̃ autẽ ut dic
tum ẽ ipsius litterę textus aliquando ppt̃ mystic̃
intellectũ. ut in titulo psalmi tricesimi tertii dicit̃.
Psalmus ipsi dauid quando comutauit uultũ suum
coram abimelech. & dimisit eũ & abiit. cũ hoc factũ
sit coram achis rege geth. sicut liber regũ. narrat.
Cum q̃ pro achis abimelech ponit̃. utq; ostendit̃ ex
ipsius interpretatione nominis. latens altius pene
trare mysteriũ. Abimelech quippe interpretatur
patris mei regnũ. significans iudeos. in quorũ